



Universitätsbibliothek Paderborn

**Sacerdotale Ad consuetudinem S. Romanæ Ecclesiæ
aliarumque ecclesiarum ex Apostolic[a]e bibliothec[a]e ac
Sanctorum Patrum iurium sanctionibus, &
ecclesiasticorum doctorum scriptis ...**

Venetiis, 1579

De benedictione in fine missæ, & euangelio, In principio, dicendo. c. 37

urn:nbn:de:hbz:466:1-40307

Ritus celebrandi

cit. **P**remissa est celebrans quoque stat versus populum. In Quadragesima autem a feria Quarta Linerum usque ad ferias Quartam maioris et Hebdomadę, in feriali officio postquam celebrans dixit orationes post communionem cum suis solitis conclusionibus antequam dicat **Dominus vobiscum**, stans in eodem loco ante librum dicit. **Oremus.** **H**umilite capita vestra **D**eо, extensis manibus subiungit eadem voce orationes super populum. Idem positam: qua finita osculatur altare et vertens se ad populum dicit **D**omine **vobiscum** et alia ut supra. In missa solenni dicto per celebratę **Oremus.** Diaconus vertens se ad populum iunctis manibus dicit ut supra. **H**umilite, etc. quo dicto vertit se versus altare a deo celebratis, et celebrans dicit orationes.

Consecratio in fine missae, et Euangelio Sci Joannis. c. 37.

Octo premissa est, vel **Benedicamus Domino**, ut supra. Celebrans ante medium altaris stans iunctis manibus super altare, et capite inclinato, dicit secrete. **P**laceat tibi sancta Trinitas etc. quo dicto, extensis manibus hinc inde super altare positis, ipsum in medio osculatur, tum erigens se adhuc stans versus illud, extendi, elevati, et iungit manus caputq; crucis inclinatis, dicit voce intelligibili, **Benedicat vos omnipotens deus** et iunctis manibus lacrimis demissis ad terram oculis, vertens se ad populum extensa manu dextra, iunctisque digitis semel benedicit populo, dicens **Pater, et filius, et spiritus sanctus**, circulus perficiens reuertitur ad cornu Euangeli, ubi dicto **D**omine **vobiscum**. Et cum spiritu tuo pollice dextro signans primū signo crucis altare seu librum, deinde frontem, os, et pectus, dicit, **In initio sci euangelij secundum Ioannem** vel **Sequentia sci euangelij**. Ut dictum est in rubricis generalibus, et etc. **Gloria tibi domine** iunctis manibus legit euangelium. **In principio** vel aliud ut conuenit.

Th̄ principio erat verbum: et verbum erat apud Deum: et Deus erat verbum. Hoc erat in principio apud Deum. Omnia per ipsum facta sunt: et sine ipso factum est nihil, quod factum est. In ipso vita erat: et vita erat lux hominum: et lux in tenebris lucet: et tenebris eam non comprehendenterunt. Fuit homo missus a Deo: cui nomen erat Joannes. Hic venit in testimonium: ut testimonium perhiberet de lumine: ut omnes crederent per illum. **He** erat ille lux; sed ut testimonium perhiberet de lumine. Erat lux ve-

In verâ quæ illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum. In mundo erat: et mundus per ipsum factus est: et mundus cum non cognovit. In propria venit: et sic cum non receperunt. Quotquot autem receperunt cum, dedit eis potestate filios dei fieri, his qui credunt in nomine eius. Qui non ex sanguinibus, neque ex voluntate carnis, neque ex voluntate viri, sed ex Deo nati sunt. **Benedictus** dicit vox predicta. Et verbū carofactum est. **Sicut** stans ut deus perficit euangelium eae
dēm vocē. Et habitavit in nobis. Et vidimus gloriam eius, gloriam quasi unigeniti a patre, plenum gratiae et veritatis. Si celebrans in Altari veritatem faciem versus populum, non vertit se, sed stans ut erat, benedicit populum ut supra, in medio altaris; unde accedit ad cornu euangeli, et dicit euangeliū sancti Joannis. Si celebrant coram summo Pontifice, Cardinale, Legato Sedis Apostolice, Patriarca, Archiepiscopo, et Episcopo in provincia, ciuitate, vel diecesi sua existente, celebrans dicto **Placeat** nobis sancta Trinitas, et dicit, **Benedicat** vos omnipotens deus, et conuertens se ad summum Pontificem genitrix, ad Cardinalem vero, Legatum, vel Prelatum suum, capite inclinato quasi licentia benedicendi petens prosequitur, **Pater, et filius**, et **Spiritus sanctus** benedicens astantes a parte ubi non adest Pontifex, Cardinalis, Legatus, aut Prelatus predicti. Si autem celebravit coram Patriarca, Archiepiscopo, vel Episcopo extra eorum titulum ecclesiam, promineam, ciuitatem vel diecem suum, eis absq; alio respectu ut ceteris quin interiun more consecuto benedicit. Si autem celebravit pro defunctis, dicto **Placeat** tibi sancta Trinitas, ut supra, accedit ad cornu euangeli, et dicit euangeliū sancti Joannis, pretermissa benedictione, que in misis defunctorum, non datur. Finito euangelio in fine missæ, si celebravit coram summo Pontifice, Cardinale, Patriarca, Archiepiscopo, vel Episcopo in eorum residētijs, ecclesia, vel loco Jurisdictionis eorum, conuertit se ad illum coram quo ex predictis celebravit, et facit reverentiam convenientem. Si non celebravit coram aliquo predictorum, huiusmodi reverentiam pretermittit. Quibus omnibus absolutis, extinguitur per ministrum candele; interim sacerdos cooperato capite accipit sinstro calicem, dextram ponens super bursam ne cadat, descedit ad infra

Ritus celebrandi

ad infinitum gradum altaris, et ibi in medio vertens se ad illud
caput inclinat: et facta reverentia, procedente ministro, eo modo
quo venerat redit ad sacrariam, interim dicens Antiphonam, **Ego**
puer omnia, et canticum, **Benedicite**. Si vero sit dimissurus his
infimodi vestes ante altare ubi celebravit finito euangelio pre-
dicto, ibide deponit vestes, et dicit Antiphonam predictam, **Ego**
pater omnia, cum cantico, et alijs orationibus ut suo loco ponunt.
In missa solenni omnia facit ut supra, hoc excepto, quod ter po-
pulo benedicit, primo a cornu epistole dicens **Quoniam** secundo an-
te mediū altaris dicens **Filius**, tertio a cornu euangeli dicens
spiritus sanctus, et dicto euangelio secundū Ioannē, vel alio
ut supra, celebrans disce dit cum ministris ordine quo venerat.

Canticis que omissumur in missa pro defunctis. Cap. 38.

Tra missa pro defunctis ante confessionem non dicitur psalmus **Judica me Deus**. Sed pronunciata antiphona **Introibo ad altare Dei** responso a ministris, sed **Deum quietificat** &c. dicitur **Adiutorium nostrum Confessio** cum re-
liquis ut supra. In missa solenni post confessionem non incensatur altare. Cum celebrans ad altare incipit. **Introitum** non si-
gnat se, sed manu dextera extensa facit signum crucis super li-
brum, quasi aliquis benedicens. Non dicitur **Gloria patri** sed
post psalmum repetitur **Requiem eternam** nec **Gloria in ce-
celsis**, nec **Alleluia**, nec **Iude domine benedicere**, nec **Dominus
sit in corde meo**, nec osculatur liberum, in fine In missa solenni
subdiaconus finita Epistola non osculatur manum celebratus,
nec benedicitur Diaconus non petit benedictionem, nec oscu-
latur celebrantis manum, non tenentur luminaria ad Euange-
lium, sed duo tantum acolythi sine candelabris tenent medium
subdiaconum, tenentem librum euangeliorum. Non incen-
satur liber, nec in fine celebrans, nec desertur liber euangeliorum
osculandus. Item in missa defunctorum non dicitur **Eredo** non
benedicitur aqua in calicem fundenda, sed dicitur **Deus qui
hunc substante** &c. In missa solenni oblata et altare incen-
santur ut supra, incensatur solus celebrans, et non incensatur
alij. Cum lauat manus, non dicitur **Gloria patri** in psalmo **Ex-
alte inter innocentes**. Subdiaconus non tenet patenam post
celebrantem, sed tempore elevationis sacramenti incensat sacra-
mentum.